



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Origines Benedictinae, Siue Illvstrivm Coenobiorvm Ord.
S. Benedicti, Nigrorvm Monachorvm, Per Italiam,
Hispaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Belgium,
Britanniam, aliasque Prouincias. Exordia Ac ...**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1614

Capvt XC. S. Nicolai de Arenis monasterium, in Sicilia.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11261

CAPVT XC.

*S. Nicolai de Arenis monasterium, in
Sicilia.*

Fuit hoc monasterium olim extra, nunc
intra urbem Catanensem situm: à quo
nomen olim habuit Congregatio S. Ni-
colai de Arenis circa annū Christi 1300. Sed
desijt ea anno 1506. quando dictum Catanen-
se monasterium, cum alijs quinque, Congre-
gationi Cassinensi accessit.

1300.

CAPVT XCI.

*Etalense monasterium, vulgò Etal in d.
Frisingensi.*

Imp. Ludouicus quartus (vt habet historia
monasterij, sed Ioannes Auentinus in An-
nalibus suis, lib. 7, non meminit historię
sequentis, fortè non satis fide dignę,) cum
propter nimias impensas, quas in Italia fece-
rat, ita vt ei iam necessarij sumptus pro reditu
in Germaniam deficerent, admodum sollici-
tus esset, veniente quadam die ad se monacho,
& spem facienti, illum ex his malis emer-
surum; ea conditione, si postquam in Germani-
am redijisset, monasterium in loco suę diti-
onis, *Ampherang* dicto, in honorem Dei &
beatissimę virginis Marię extrueret; fidem

Z 3.

dedit,